


Inkunabel

4^o 808

Leg. Philos. B. 115.



Mh. Dec. 59 ^{X6}
2. Part.

**Tractatus Doctoris Sancti de
modo intelligendi et potencies
aie et de mixtione elementorū.**



Venerabili religioso patri Dño

Jacobo Coci bonarū arcium baccalario Conuentus ordinis sancti Augustini in magdeburgk priori. domino et fautori suo semper Colendo Magnus de magdeburgk Arcium magister.

Salutem plurimam dicit

Accepi ex tuis verbis religiose pater / mecū vltrocitroq; habitis Te summa cupiditate doctoris Sancti legere scripta Que in scolis et ecclesiarum cathedris ppter ipsorum veritatem pre aliorum doctorū scriptis adducunt ita eciā vt nullū fere inter verba et sacratissimi iuris sententias et ipsius scripta habeatur discrimen Nam vt summus ille pontifex Innocencius in quodam testatur sermone ipse nunq; a veritatis via / et qui eius dicta tenuit inuenitur deuiasse Sed qui ipsius scienciā et scripta impugnauit semp fuit de veritate suspectus Que a multis superficialiter ipsa inspicientibus Neq; verborum ppietates neq; sententiarū grauitates attendentibus existimātur facilia In ipsis tamen aliquę continentur questiones quarum obscuros locos et quedam quasi enigmata non modo ipse Dedipus sed ne appolo qui dem solucit Ut autem arcium amatores magna absq; difficultate in prenominati doctoris scienciam perueniant Tua rogabat dominatio aliquos afferrem in medium tractatus per quos que maxima dubia videntur reddantur luce ipsa vt ita loquat clariora Quam petitionem / tibi volēs moramgere in optatum finem perduxit Accipias igit illos ipsos doctoris thome tractatus impressos Atq; ad vnguem castigatos Cum tractatu de diffinitione In quibus tanta est et ruidib; et longius proiectis vtilitas / vt nesciam an in alijs liberis vlla maior esse possit / legas q; si quādo ociū daf Si aliq; tuis fratrib; reperies profutura / copiaz ipsis facias legendi et maximum in tuis fratrib; Accipies fructum et me cum te animaduertero huiusmodi meis munusculis delectari habebis in tuis paratissimum Vale et me ama.

Magnus Hund de
Magdeburg profesor
Lipsiens. Indē Bibl.
Alicam. Gognero. Fr.
fianam.

Dionysius


no possit hinc aliter dicit quod in se habet uoluntate uelamini uelamini parat.
conduclatū ut inqt uolū quoddā de pōtē pōtē rei vā dicitur pōtē in dei
regniū ut q; hōs nā pōtē dēfēdēt q; actū actōrū pōtē in parēte pōtē
afiq; est q; omib; reb; a pōtē pōtē recatū est indita ab illo et aptū
uolūtatē Vā pōtē dēq; pōtē recatū et q; pōtē eis indit pōtē nā diffusionē
suā pōtē singl; pōtē nō pōtē Vā pōtē q; nā omib; opatū in reb;
nō pōtē pōtē ad 1^o et m^o pōtē pōtē pōtē et hōtē ad cōtē eius
apud dicit 157 q; pōtē pōtē pōtē pōtē a pōtē pōtē pōtē

Tractatus Doctoris Sancti de aq no ordinis predicatorū de modo in telligendi et potēcy s anime incipit

Abnis nostra cognicio oritur habet ex preexistente cog
nitione Secundum hoc q̄ triplicem habeamus cognicō
nem Naturalem .s. acquisitam et infusam De cognicō
ne naturali ad presens prima Cognicio naturalis est cō
munis nobis et animalibus brutis Cuiusmodi est cognicio sensus ex
terioris .s. Gustus Tactus Uisus Auditus et Oleratus Isti autem
quinque sensus non cognoscunt nisi q̄d iu sua obiecta sunt eis presen
tia sicut uisus non amplius uidet nisi sit p̄ns suū obiectum Cui⁹ cau
sa est / quia omnis cognicio fit p̄ similitudinē rei cognite in cognos
cente Similitudo enim coloris non amplius est in visu nisi q̄d iu co
lor est presens visui et sic de alijs sensibus Tamen qz in absentia rerū
sensibilium adhuc manet in nobis cognicio illarū rerū Ideo oportet
ex prima cognicione sensuū p̄ticulariū in nobis manere aliq̄ similitu
dinem siue speciē rei sensibilis p̄cognite . impressam retentā et intentā
Et p̄ consequēs oportet ponere aliquā potēciā sensitiuam que reci
piat illam similitudinē que vocat̄ sensus cōmunis Et aliquā potē
ciam que retinet speciē rei sensibilis que vocatur fantasia siue ymagi
natio Iste autē due potēcie sunt diuerse et distincte ab inuicem Si
cut ergo cera recipit Imp̄sionem sigilli p̄pter molliciē et retinet p̄pter
duriciem Sic sensus cōmunis qui recipit Et fantasia que retinet sūt
diuerse potēcie Prima autē cognicio dicitur sensus cōmunis Quia
sensus p̄ticularis non habet cognoscere et iudicare nisi de suo obiec
to tantū / p̄se loquendo sicut uisus est de colore auditus de sono et
sic de alijs Homo autē iudicat de omnib⁹ obiectis sensuū predictorū
et hoc non potest facere nisi p̄ aliquā potēciā cōmunem que vocat̄
sensus cōmunis quia speciē seu similitudinē omniū obiectōrū quinque
sensuū recipit ut sensibilis sit de omnibus de quibus homo iudicat et
discernit In tota igit̄ p̄cedente cognicōe hō cōmunicat cū alijs brutis.
¶ Secūda cognicio acquisita que p̄prie dicitur nostra per quam
distingui mur a brutis sic acquiriē Sicut colores se habent ad pupillā
oculi sic se habent fantasmata ad intellectū possibilem quia pupilla

in p̄o m̄i⁹ & f̄i p̄o
p̄i⁹ & uēstrē agnōcō
est a sensu

hōc q̄ quod hōz quāda
collatō elicit bruta
uēstrē agnōcō
sine uēstrē influētia
iō d̄i⁹ q̄tāda



fantasmata sunt in potentia intellectus
sicut in potentia actus
ad se ipsa sunt in potentia ad se ipsa

est in potencia pura et nuda ad recipiendum similitudinem coloris Et
sicut tabula nuda est in potencia ad omnem speciem intelligibilem et
nullam actu habet de se Item sicut colores non possunt immutare pu-
pillam gignendo in eam suam similitudinem sine lumine corpali illu-
strante ipsos colores / et eiam mediū vt ad pupillam oculi ptingant
Sic fantasmata non possunt immutare intellectū possibilem impri-
mendo in ipsum suam speciem nisi mediante lumine intellectuali illu-
strante super ipsa fantasmata / Et eiam mediū quod vocatur potencia
cogitativa siue cognitiua et est potencia particularis que potēcia du-
cit intenciones a fantasmate p discursum / qm̄ quidā sunt in diuidua-
les et singulares non tamen ita materiales intenciones a fantasmate
elicitē sicut in fantasmate fuerunt verbi gracia / Aliquis fantasiatur se
vidisse aliquem habentem grossas extremitates et longas bene por-
tionatas Et ex tali fantasia discurtit qd talis sit fortis . illa fortitu-
do sic p̄cognita a fantasia elicitā Nunq̄ fuit sub sensu particulari Non
enim videt aliquis neq̄ tangit fortitudinem etc Unde illa potēcia co-
gitativa ponitur esse quoddam medium inter fantasiam et intellectum
possibilem qd autem illa elicitō sit a potencia cogitativa patet Quia
sensus particularis nūq̄ percipit talem intencionem Immo tantū simili-
tudinem sensus exterioris cum fantasia id est virtute p̄pria / que tan-
tum retinet que sensus recipit Ut intellectus agens / qz statim ad pre-
senciā sue illustrationis quicq̄ est in fantasmate recipit ad intellectū
possibilem circumscrip̄tis condicionibus indiuiduātib⁹ et materiali-
bus Cum igitur illa fortitudo sic elicitā sit indiuidualis et materialis et
non dum illustrata ab intellectu agente qz illustratio intellectus agē-
tis circūscribit omnes condiciones materiales et indiuiduales Oportet
ergo ponere talem potēciam elicitivam intencionū indiuidualium
a fantasmatibus que sit medium inter fantasmata et intellectū possibi-
lem Istud lumen sic illustrās fantasmata que sunt obiecta intellect⁹
possibilis et etiam medium inter fantasmata et intellectum possibilem
qd dicitur potencia cogitativa vocatur intellectus agens Abedante
autē ista illustratione Inp̄mitur in intellectu possibili species abstrac-
ta per cogitativam potēciam a fantasmatibus / que fantasmata licz
sint plura representantia multa indiuidua subcondicionib⁹ singulari-
bus tamen ipsa species sic abstracta directe non representat nisi ipsam
naturā cōmunem a talibus indiuiduis abstractam Sicut enim yma-
go qm̄ in se consideratur est vna res singularis tamē per compactionē
Ad plures episcopos quos potest representare dici potest cōmunis

figura

2o de anima in hunc p̄
fantasmata in hunc p̄

Intellectus agens
est in potentia
ad recipiendum
similitudinem
coloris

Intellectus agens

ad quod dicitur in potentia
ad recipiendum similitudinem
coloris

714
pudat rem a se esse summatim quodam modo sola et in se habita dicitur et alio modo
generaliter in rebus que videntur conceptus in se habere et in se habere et in se habere
714

Sic species predicta per comparacionem ad intellectum possibilem que informat est species signata quia intellectus iste vnus est et signatus tamen per comparacionem ad naturam in multis indiuiduis receptam dicitur communis siue vniuersalis. Ista autem species vniuersalis assimilatur intellectui tamquam agenti principali quantum ad immutabilitatem / fantasmati autem tamquam instrumentali agenti quantum ad determinationem qua determinatur intellectus possibilis ad intelligendum talem naturam et non aliam. Et hec species sic primo impressa est principium formale intelligendi. Hec enim intellectio est prima operatio intellectus possibilis que format sibi conceptus simplices qui significantur per terminos incomplexos. Ab illa ergo operatione incipit intellectus possibilis discurrendo negociari vel ratiocinari. Et hec est operatio secunda intellectus. Cuius sunt duo gradus primus est comparare vnum conceptum simplicem alteri. Et si intellectus inuenit vnum conceptum conuenientem alteri tunc ex eis format vnam propositionem affirmatiuam. Et hoc contingit dupliciter. Quia predicatum aliquod est de intellectu subiecti vel saltem eius propria passio et tunc est propositio necessaria vt homo est animal vel risibilis. Aliquando nec est de esse subiecti nec propria passio. Nec etiam sibi repugnat et tunc est propositio de contingenti. Si autem inuenit vnum conceptum repugnantem alteri tunc format vnam propositionem negatiuam vt homo non est asinus. Ista autem secunda operatio vocatur compositio quantum ad propositionem affirmatiuam. Et diuisio quantum ad propositionem negatiuam. Ab isto autem primo gradu qui conceptus simplices adinuicem comparat. Oritur tertia intellectus operatio qua intellectus vnum conceptum complexum alteri per propositiones comparat et dicitur discursus. Hec enim proprie non est intellectus operatio sed magis rationis. Iosepho tercio de anima plus ipsam non enumerat.

quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud
quod si sit illud

De potencies anime

In euidenciam distinctionis et difference potenciarum anime breuiter est notandum quod tres sunt anime principales vires scilicet vegetabilis sensibilis et rationalis secundum philosophum secundo de anima. Ubi ponit definitionem anime dicens Anima est principium quo viuimus quantum ad animam vegetatiuam / sentimus quantum ad sensibile / intelligimus quantum ad rationale. Sciendum est tamen quod si accipiat corpus animatum non solum per animam vegetabilem sed etiam sensibilem sic est quoddam animal et sic vegetabilis et sensibilis non sunt anime sed vni anime potencie vel vires. Si vero ac

potencia anime
potencia anime

ciptatur corp^o animatū non solū p anima vegetabili et sensibili verū
eciā rationali tunc vegetabilis sensibilis et rationalis non sūt vna ani-
ma sed vnius anime vices vel potencie et sūt in vna anima Mō enim
ponim^o in vno corpe tres aias sed vnā tantū animā Vegetabilis igit^r
potest esse sine sensibili et rationali eo q̄ est prima Sensibilis potest
autem esse sine rationali Mō tamē sine vegetabili Rationalis autē nul-
lo mō potest esse sine vegetabili et sensibili Sicut videm^o Innume-
ris q̄ vnitas potest esse sine dualitate et ternario Dualitas vero po-
test esse sine ternario sed nō sine vnitate Ternari^o autē nullo mō esse po-
test sine vnitate et dualitate et sic eodē mō est de anima Patz igit^r q̄
in diuersis sepatim quelibet est p se anima In eodez autē et simul non
sunt anime sed vices ipsius Ita enim cōtinet vegetabilis et sensibilis
in rationali sicut vnitas et dualitas in ternario.

¶ Primo igit^r dicem^o de virib^o seu potēcijs anime vegetabilis
Que scdm phm secūdo de aia habz generatiuā augmētatiuā et nutri-
tiuā que ordinant^r ad cuiuslibz partis indiuidui vegetabilis necessaria
Nam ad hoc q̄ indiuiduū pducat in esse ordinat^r potēcia generatiua
Ad hoc autē q̄ quātitatez debitā cōsequat^r ordinat^r potēcia augmēta-
tiua ad hoc autē q̄ in esse cōseruat^r ordinat^r potēcia nutritiua Et quia
nō nutrit nisi quod est pns nutritibili Sed nutrimentū attrahit p aliq̄d
et hoc facit vis attractiua Attractū autē ad huc nutrice nō potest nisi
tale simile efficiat nutritibili et hoc facit vis digestiua p quā nutritibile a-
ppria forma alterat Alteracō autē cū sit mot^o et omnis mot^o est in tē-
pore necesse est vt nutrimentū ad temp^o retineat Et hoc facit vis re-
tentiua Et quillud q̄ digestum est aliqñ corpi nō est necessariū ppter
sui nimitatem sed q̄ expellat et hoc facit vis expulsiua sic igit^r patz de
potencijs anime vegetabilis tam pncipalibus q̄ non pncipalibus.

¶ Anima sensibilis habz duas potencias pncipales scz Apprehē-
siuā et motiuā Apprehensiuā diuidit in interiorē et exteriorē Exterior
diuidit in quinqz sensus particulares scz tactū qui percipit qualitates
elementoz scz calidū frigidū humidū et siccū Gustū qui apprehēdit sa-
pores sicut sunt dulce et amarū Oleratū qui apprehēdit odores Au-
ditum qui apprehēdit sonos et Visus qui apprehēdit colores scz al-
bum nigrū Quorum duo sunt de conseruacione esse animalis scilicet
gustus et tactus Alij autem tres de bene esse.

¶ Apprehensiuā interior scdm Auicennaz diuidit in quinqz Sed
scdm Auerroim in quatuor Prima est sensus cōmunis Secda fantasia
Tercia ymaginatiua Quarta estimatiua siue cogitatiua Quinta me-

moratiua Sed scdm Aueroilm fantasia et ymaginatiua sūt vna potē
 cia Verius tamen dicit q̄ sunt quatuor Sensus cōmunis scdm Auicē
 cennam est virtus cui reuertunt omnia sensata Est ergo sensus cōmu
 nis a quo omnes sensus p̄p̄rii deriuant No quē omnis impressio eorū
 renunciat et in quo omnes cōiungunt Eius aut organū est p̄ma cō
 cauitas cerebri a qua nervi sensuū p̄ticulariū oriunt Scda vis interi
 or est fantasia que est motus factus a sensu cōmuni scdm actum vt
 dicitur tercio de anima Quia fantasia est potēcia mota a specie sensibili
 p̄ quā et sensus p̄p̄rius et cōmunis fit in actu Non soluz aut mouet ab
 illa specie sed etiam ip̄am absenciā rei retinet quā sensus cōmunis reci
 pit Tercia vero q̄ aliqua alia sūt vtilia vel nociua que tamē nūq̄ sūt
 p̄ sensum apprehensa ideo oportet ponere aliq̄ potēciā que sit illorū
 cognitiua et illa p̄tinet ad estimacionē que est apprehendēs intencio
 nes vtilis vel nociuas p̄ sensum nullaten⁹ apprehensas sed cognitās so
 lum naturali instinctu/ sicut agnus naturaliter fugit lupū et sequit ma
 trem Unde scdm Auicennā Estimatiua est apprehendēs vtile vel ab
 uiciens nociuū In hys que p̄ speciē aliquā nō acquirunt sed cognoscū
 tur solū quodā naturali instinctu Que in media cellula capitis collo
 catur hec tamē potēcia aliquādo in homine vocat cogitatiua v̄ ra
 cio p̄ticularis In alyz aut animalib⁹ non mutat nomē Quarta vero
 quia oportet q̄ ea que p̄ius fuerūt apprehensa p̄ sensū et interi⁹ cōser
 uata iterum p̄ actualē cōsideracionē reuocent Necesse est ponere ali
 quam potēciā que huic actioni deseruiat et hoc p̄tinet ad memoriā
 que est vis sita in v̄tima capitis cellula Ad actualē cōsideraciōē redi
 tens ea que ab alyz potēcijs cōseruata retinuit Differūt tamen me
 moria et reminiscēcia Quia memoria est acceptio specierū sensibiliū
 Reminiscēcia vero est adquisicio specierū a memoria delata.

C Sequitur de partibus motiuis quarum sunt due imparās mo
 tum et erequens motū Imparans motum dicitur appetitiua que du
 plex est Concupiscibilis et irascibilis Nam concupiscibilis imparat ad
 hoc quod est appetibile ea ratione qua est delectabile et conueniens
 sensui Irascibilis vero ordinatur ad hoc vt habeatur potestas fruen
 di delectabilibus que remouens ad hoc impediens tristabile animalia
 adipiscitur Sicut cum animal adipiscitur pugnando potestates fruen
 di delectabili prima impedimēta repellendo hec vero vires p̄p̄rie dicit̄
 tur esse in corde Exequens motū est vis sita in nervis et cōiuncturis con
 trahens et extendēs cordas et ligamēta coniuncta membris.

C Rationalis habet duas potēcias scz apprehensiuā et motiuā

Et q̄d p̄ ibi s̄ q̄
 recipit p̄d sensata
 p̄ticipat se t̄

fantasia e ymo
 alyz cōp̄ticipat
 motu in alyz
 p̄ticipat

3

Apprehensiva dividit in duas realiter differentes scz in intellectum possi-
 bilem et agentem. Cum enim nostra sciencia habet ortum a sensibus
 nihil est in intellectum quod prius non fuerit in sensu. Unde id quod est in
 potencia ad recipiendum species a sensibus acceptas et nullam actu habet
 vocatur intellectus possibilis qui est omnia fieri ut dicitur tercio de anima.
 Quia vero id quod est in potencia non potest seipsum ad actum reducere sed in-
 diget alio quod reducat ipsuz de potencia in qua est. Unde est quod necesse
 est ponere aliquam potentiam que intellectum possibilem in potencia existen-
 tem reducat ad actum. Et illa potencia est intellectus agens qui species a
 fantasmatibus siue conditionibus materialibus existentes acceptas eas a
 talibus conditionibus abstrahit et intelligibiles facit. Unde philosophus diffi-
 niens eam dicit quod est id quo est omnia facere. Ita enim habet se intel-
 lectus agens ad possibilem sicut se habet lux ad colores. Colores enim
 in tenebris existentes et sine luce non sunt actu visibiles et differt usque
 ad oculum per medium. Et eodem modo intellectus agens species que soluz
 in potencia sunt intelligibiles facit actu intelligibiles dum eas a condicio-
 nibus individualibus et materialibus abstrahit et in intellectum possibilem re-
 presentat. Potest autem intellectus possibilis diversis nominibus nominari
 secundum quod diversimode ad intelligibilia se habet. Nam quando est in po-
 tencia soluz de intelligibilibus nihil actu habens / dicitur intellectus possi-
 bilis ut dictum est. Quando vero actu intelligit dicitur intellectus in actu.
 Sed quando soluz considerat ex hoc nihil aliud concludens dicitur sim-
 pliciter intellectus. Sed quando ex uno concludit aliud dicitur ratio. Ra-
 tio vero quando concludit de divinis dicitur ratio superior. Cui in est sa-
 piencia. Sed cum de aliis considerat dicitur ratio inferior. Cui in est sci-
 encia. Item quando solum considerat dicitur intellectus speculativus. Sed
 cum ad opus ordinat dicitur practicus. Ipse vero actus intellectus dicitur
 intelligencia. Sinderisis est quidam habitus quo principia operabilituz
 nobis naturaliter sunt indita. Consciencia enim non est potencia quia non
 potest deponi potencia / deponit autem consciencia. Unde est quidem
 actus. Dicitur enim consciencia quasi cum aliis sciencia. Nam applica-
 tio sciencie ad aliquid fit per aliquem actum. Memoria vero pars intel-
 lective que est solum in hominibus. Est idem cum intellectu possibile.
 Est enim potencie passive recipere et conservare. Unde dicitur intel-
 lectus in quantum recipit et cognoscit. Memoria vero in quantum
 conservat. Et illo modo potest videri quomodo memoria est pars
 ymaginis que ponitur in homine ad similitudinem trinitatis. Cum enim
 sciencia non sit nobis naturaliter indita sed per sensus exteriores

(omniactu) sed in luce

novum intellectum

quod intellectus sit habitus
 appetitus primus principium
 et spiritus ad rationem spiritus
 una fundatur per intellectum
 practicum ad appetitum per
 spiritus practicum et in quibus
 nihil appetitus per spiritus
 spiritus ad hoc est fundatur

Sinderisis est habitus
 appetitus primus in practico
 et in appetitibus

Consciencia est appetitus primus
 in appetitibus ad operabile
 et in appetitibus et in appetitibus
 et in appetitibus et in appetitibus

Consciencia est appetitus primus et practicus ad seipsum sicut per seipsum et per seipsum
 et in appetitibus et in appetitibus et in appetitibus et in appetitibus

Consciencia est appetitus primus et practicus ad seipsum sicut per seipsum et per seipsum
 et in appetitibus et in appetitibus et in appetitibus et in appetitibus

exteriores acquisita oportet si intelligere debeam⁹ q^o p^omo sit p^o me-
moriam renouacio specierū intelligibiliū ad intellectum / et tandem
sequitur cognicio que vocatur intelligencia Postq^o vero per memori-
am species renouata est et per intellectum cognita Ex hys duobus se-
quitur voluntas que appetit q^o ab intellectu est cognitum si a memo-
ria presentatur et sic est per omnia in trinitate Nam sicut a memoria
generatur intelligencia sic a patre generatur filius et sicut a memoria
et intelligencia generatur voluntas / sic a patre simul et filio procedit
spiritus sanctus et sic patet de potencys anime apprehensis interius .

C Sequitur de potencys motiuis quarum sunt due . s . liberum
arbitrium / et voluntas de qua dictuz est q^o sit pars ymaginis Et no-
ta q^o intellectus appetitiuus potest diuidi in duo sicut sensituius scilicet
Inrascibilem et Concupiscibilem qui sunt solum in hominibus ⁊ dif-
ferunt ista sicut de appetitu sensituiuo supra dictum est Iste autem due
potencie differunt quia liberum arbitriū respicit ea que ad conse-
quendum finem intentum ordinantur aliquantulū Voluntas vero
respicit finem et ille due vocantur vires vel potencie appetitiue et mo-
tiue partis intellectiue / per desiderium enim et appetitum anima mo-
uetur Iste etiam potencys intellectiuis nullum corporale organum
appropriatur eo q^o nullius partis corporis sunt actus .

Et tantum de illo tracta-
tu Doctoris Sancti .

Tractatus beati thome De mixtio ne elementorum.

Ubiū apud multos esse solet quomodo elementa sint
in mixto Uideretur enim quibusdam q^o qualitatibus acti-
uis et passiuis elementorum ad mediū aliquantulū reduc-
tis p^o alterationem forme substantiales maneat in mix-
to Si enim forme substantiales elementorum non maneat / corrup-
tio quedam elementorum videbitur esse et non mixtio Rursus si for-
ma substantialis corporis mixti sit actus materie non presuppositis for-
mis simplicium corporum Simplicia corpora / elementorum rationē
amitterent Est enim elementū ex quo cōponit⁹ aliq^o p^omo . et est in
eo . et est indiuisibile secundum speciem Sublatis autem formis sub-
stantialibus nō sic ex simplicib⁹ corp^o corpus mixtū cōponit⁹ q^o in
eo remaneat Est aut^o impossibile sic habere Impossibile est enī mate-
riam scōm idem diuersas formas elemētōrū suscipere Si igit^o in cor-

porre mixto forme substanciales elementorum saluentur oportebit diversis
partibus materie eas in esse Materie autem diversas partes accipere est impos-
sibile nisi per intellecta quantitate in materia Sublata enim quantitate sub-
stantia indivisibilis remanet ut patet in primo philosophorum Ex materia enim sub
quantitate existente et forma substanciali adveniēte corpus philosophicum constituitur
diverse ergo partes materie formis elementorum subsistentes plurius corpus
rationem habebunt Multa autem corpora impossibile est esse simul Non ergo
in quolibet parte corporis mixti erunt quatuor elementa et sic non erit vera mix-
tio sed solum secundum sensum Sic accidit in aggregacione corporum invisibilium
propter puritatem Amplius omnis forma substancialis in materia propria disposi-
tionem requirit in materia sine qua esse non potest Unum alteracio est via ad
omnem generacionem et corruptionem Impossibile est autem in eodem convenire pro-
pria disposicionem que requiritur ad formam ignis et propriam disposicionem que re-
quiritur ad formam aque quia secundum huiusmodi disposiciones ignis et aqua sunt
contraria Contraria autem impossibile est esse simul in eodem Impossibile est ergo quod
in eadem parte mixti sint forme substanciales ignis et aque Si ergo mixtum fi-
at remanentibus formis substancialibus simplicium corpus sequitur quod non sit
vera mixtio sed solum ad sensum quasi iuxta se positis partibus in sen-
sibilibus propter puritatem.

¶ Quidam autem utrasque rationes vitare volentes in maius inconveniens in-
ciderunt ut enim mixtionem ab elementorum corrupcione distinguerent Dixerunt
formas substanciales elementorum aliquatenus remanere in mixto Sed rursum
ne cogerent dicere mixtionem ad sensum et non secundum veritatem posuerunt quod
forme elementorum non manent in mixto secundum suum esse completum sed in medium
reducunt Dicunt enim quod forme elementorum suscipiunt magis et minus et habent
contrarietatem adinvicem Sed quia hoc manifeste repugnat communi posicione
Et dictis ares. in predicamentis dicentur quod substancie nihil est contrarium et
quod non suscipit magis et minus Ulterius procedunt dicentes quod forme elemēto-
rum sunt imperfectissime utpote materie prime propinquiores unde sunt medie inter
formas substanciales et accidentales et sic in quantum accedunt ad naturam
formarum accidentalium magis et minus suscipere possunt licet habeant contra-
ritatem adinvicem Nec autem posicio multipliciter improbabilis est / primo
quidem quia aliquid esse medium inter substantiam et accidens est omnino im-
possibile Esset enim tunc aliquid medium inter affirmacionem et negacionem propriam
enim accidens est esse in subiecto Si substantie vero. in subiecto non esse
forme autem substanciales sunt quidem in materia Non autem in subiecto
Nam subiectum est hoc aliquid forma autem substancialis est que facit hoc
aliquid non enim presupponit ipsum Item ridiculum est dicere esse medium
inter ea que non sunt unius generis ut patet decimo metaphisice Medium

et extrema ex eodem genere oportet esse nihil ergo medium esse potest inter sub-
stantiam et accensum Deinde unum est forma substantiales elementorum suscipere ma-
gis et minus Omnis enim forma suscipiens magis et minus est divisibilis per
accensum / in quantum .s. subiectum potest eam participare magis et minus secundum autem
illud quod est divisibile per se vel passivum contingit esse motum continuu ut patet
per philosophum in sexto physicorum Est enim loci mutatio et augmentum et decre-
mentum secundum quantitatem et locum que sunt per se divisibilia Alteratio autem secundum
qualitates que suscipiunt magis et minus ut calidum et album Si ergo forme
elementorum suscipiunt magis et minus tamen generatio quam corruptio elementorum
erit motus continuus quod est impossibile Nam motus continuus non est nisi
in tribus generibus .s. qualitate et quantitate et ubi ut probatur quinto phi-
sicorum Amplius omnis forma secundum formam substantiales variat speciem quod autem est
magis differt ab eo quod est minus et quod est minus est quodammodo ei contrarium
ut magis album et minus album Si ergo forma ignis suscipiat magis et minus
magis facta et minus facta variabit speciem / et non erit eadem forma sed alia
Et hinc est quod philosophus dicit in octavo metaphysice quod sicut in numeris varia-
tur species per additionem vel subtractionem ita in substantiis Oportet ergo alium
modum invenire quo et veritas mixtionis salvetur et tamen elementa non tota-
liter corrumpantur sed aliquoties in mixto remaneant Sciendum est igitur quod qualita-
tes active et passive elementorum contrarie sunt ad invicem et magis et minus
suscipiunt Ex contrariis autem qualitatibus que suscipiunt magis et minus constitui
potest media qualitas que sapiat naturam utriusque extremi / sicut palidum inter
album et nigrum et tepidum inter calidum et frigidum Sic ergo remissis excellency
qualitatum elementorum constituitur ex his quedam qualitas media que est propria que-
litas corporis mixti differens tamen in diversis secundum diversam mixtionis propor-
tionem Et hec quidem qualitas est propria dispositio ad formam corporis mixti sicut
qualitas simplex ad formam corporis simplicis Sic enim extrema inveniuntur
in medio quod participat naturam utriusque sic et qualitates simplicium corporum
inveniuntur in propria qualitate corporis mixti Qualitas autem corporis simplicis
est quidem alius a forma ipsa / agit tamen in virtute forme substantialis Alio-
quin calor calefaceret tamen Non autem per eius actionem forma substantialis educe-
retur in actum / cum nihil agat ultra speciem suam Sic ergo virtutes forma-
rum substantialium simplicium corporum in corporibus mixtis salvantur Sunt er-
go forme elementorum in corporibus mixtis non quidem actu sed virtute Et
hoc est quod aristoteles dicit in primo de generatione Non igitur manent
elementa scilicet in mixto actu ut corpus et album nec corrumpuntur nec
alterum / nec ambo Salvetur enim virtus eorum .

Et tantum de tractatu.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.

Inc 808 (21^o)
[Philos. B. 127]

